beatus est vir qui semper est pavidus et qui ve-  
retur omnia opera sua obseruandum tamē est  
summo opere illud tēre canum ne quid nimis  
et vt idem loquitur ne in serpo nobū q̄rat ne  
quoq; eis impropereetur illud eiusdem. Quid  
si celum ruat. Demum quoq; quid p̄dest ym-  
mo quid non obest coartare plus iusto manda-  
tum dei quod est latum nimis quid insuper ex-  
pediit amari? graui? q; reddere illud iugum ē  
quod suaue est et onus eius leue. Nam et si  
contemptus ex hac laxacōe apud quosdā im-  
bos maior oriatur habentes velamen malicie li-  
bertatem. Ast apud alios bene institutos sc̄i-  
arum resonabunt actiones. prestabitur etiam  
sedulius obsequium domino et patri tante mā-  
suetudinis cuius mandata grauiā uon sunt et  
qui vult nos non temptari et non grauari sup  
illud quod possumus. Sequitur ex premissis  
q; stulte querunt qui petunt distinctionem at  
differenciam peccati mortalis a veniali per re-  
gulam generalem facientem particulariter et

infallibiliter scire de quolibet actu si est mortal  
aut venialis. patet ex premissis. Et illud sic of  
tendit Cancellarius vbi supra. Tales inquit  
petunt. ac si quererent a medico doceri se vno  
verbo regulas generales de omnibus morbis  
et venenis. et abis et vulneribus. quando. et qua  
do non mortem inferrent. Et certe ad singula  
circumstantias et ab particularia legis precep  
ta diligens nostra consideratio descendat oportet.  
quibus perpenhis loquendum est vt sapiens  
iudicabit. Idem cibo exempli gratia none que  
so pot vni mortem certam alteri leuem egritu  
dinem inducere vide qd venenum foetissimum  
mortis inductiuum ipsi copositores tyryace ad  
mortis euasionem conficiunt. Porro diuer  
sis hominibus. ymmo eidem homini varijs tem  
poribus quis nesciat eundem cibum nunc saluti  
ferum fieri nunc mortem celeriter operari.

**Capitulum xxxv. dat sex regulas vniuersales  
ad cognoscendum pccā mortalia.**

**E**d quereres quid igitur pderit doc  
rina vniuersalis super talibus agnos  
cendis. Respondetur qd plurimum  
pdest per omnem modum. Nam regu  
le gnales fudamentalit tradite dū ad pticulā  
a ventū ē. oñdūt qd de singularibus iudicandū

fit. **S**ingulares quippe ab regulas illas  
niuersales resolueri conuenit quo facto veritas  
illucessit. Carens autem noticia huiusmodi  
regulatum vniuersalium quando precor poterit  
hijis resolucōibz vti quomodo mensurabit ad  
regulam qui regulas non habet proderit tamē  
nō negamus circa spēs peccatorum regulas ap  
ponere speciales sed hoc alterius consideracō  
nis est nunc tamen super regulas vniuersales  
quasdam tactas precedenti ca. 7. p. 11. ac. p. 11. po  
nentur adhuc alie. p. v. a cancell. 1. 7. ab alijs the  
ologis notabilibz tradite. **E**st igitur secun  
dum cancella. **P**rima regula q̄ nullum est  
peccatum mortale actuale absq; cōsensu libero  
racōnis vere vel interpretatiue Interpretati  
um autē cōsensum dicimus esse dum habuit  
racō tēpus deliberandi et refugiendi ea circa  
que vitāda p̄uigil esse tenebatur qualiter dī  
cit lex forens. Quod qui tacet. consentire vi  
detur. dum scilicet repugnare deberet. Cō  
sensus tamen solum in actum venialiter malū  
est tantummodo venialis. loquendo de veniali  
ex genere suo. vt est verbum ociosum. **S**ecū  
da regula. Non quilibet tenetur scire de quoli  
bet peccato mortali an sit tale. licet expediat  
istud inquirere 7 scire iuxta vni? anijlq; vics

et statum et plus ecclesiasticos quam laycos  
Et inter ecclesiasticos prelati ex officio tenen-  
tur q̄ sint parati omni poscenti reddere ratio-  
nem de ea que in eis est fide et spe. Tercia re-  
gula est q̄ comparatio peccatorum ad invicē  
secundum gravitatem maiorem ⁊ minorem ge-  
neraliter sumi nequit nisi compentur in gene-  
re suo et ceteris parib⁹. Quoniam secundum  
alias circumstantias pticulares se habent plu-  
rimum vt excedencia et excessa. Quarta re-  
gula quantificatio peccatorum a posteriore su-  
mi a pena licet non sufficienter vsq; quaque  
Et a priore penes genus obiecti et intencōne  
finis et libidinem seu conatum voluntatis ma-  
iorem vel minorem et causam motiuam temp⁹  
et locū et penes dampna inde sequencia q̄ pec-  
cans preuidebat aut preuidere tenebat. Quinta  
regula bonitas moral⁹ sumitur ex obiecto. S;  
totalis bonitas moralis specialit⁹ dependet ex  
circumstantiis finis et aliorum finū adunatis  
Maliciā vero ex vni⁹ aliarū circumstāciarū carēti-  
a poi⁹ r̄sultat. Ceterū bonitatē ḡtuitā et meri-  
torīā grā ḡtum faciēs operatur. Sexta re-  
gula. Omnis actus cuius finis intentus ē pec-  
catum mortale. mortal⁹ ē siue intēdat actu vel  
habitu. qd̄ scitur si operans interrogat⁹. aut

hoc facis et adhiectens tandem respondebit ad  
hunc finem feci. **S**eptima regula actus qui  
aliunde non esset mortalis et fit propter finem ve  
niale. videtur esse solum venialis nisi forte  
prestitatur finis ille ut vltimis et quietas et  
non solum ut incidens et minus principalis ac  
tu vel habitu. **O**ctava regula nullum etiam de  
siderium rei. illicitate factum tunc sub condicione  
actualiter vel habitualiter adhibita. est de per  
se mortale delictum. **D**e per accidens. tamen  
propter appetitus sensualis comotionem nimiam  
qua scienter dimittitur inualescere ex talis de  
siderij continuatione libera potest ipsum in mor  
talia deputari. **Q**uona regula. **S**i quis moue  
tur occasionaliter solum ex peccato mortali ad  
aliquem actum faciendum non oportet illum ac  
tum esse peccatum mortale. **S**ecus si causa  
principalis huius actus esset mortale peccatum.  
**D**ecima regula. **E**xponere se periculo  
peccati mortalis est mortale peccatum vel  
sic agere incertum et dimittere certum in ma  
teria morali est peccatum mortale. si tale sit in  
incertum quod sit mortale non solum per coniec  
turas leues aut ex suspicione trepida et scrupu  
losa pueniente ex nimio timore cadendi in vi  
a dei. sed intelligitur dum tale est vehementer

et pbabiliter incertum. equè fiat oppositum  
vel magis tunc enim illud quod agitur non ca  
rebit mortali culpa. aliter non oportet. vt tac  
tum fuit supra ca. xi. et xij. Undecima regula  
est. **O**mnis agens contra conscienciam edifi  
cat ad gehennam. vel mortaliter si consciencia  
sit fixa. q̄ id q̄ agitur est mortale. vel veniale  
solum q̄ntum est ex parte vnius circumstanc  
e. que est facere contra conscienciam. si consci  
encia iudicet illud solum esse veniale. **Duo  
decima regula.** Nullus est actus adeo mortaf  
quin ipse vel sibi similis sit non mortalis si dis  
plicet. vel si non placet consensu pfecto et deli  
berato. similiter nullum peccatum est adeo ven  
iale quin ipsum vel sibi simile fiat mortale dū  
plac; hoc ē dū d̄s̄s̄ addit si tñ illd̄ veniale eāt  
actus mortalis ex genere suo. et ex eo qd̄ non  
habebat ex consensu libero et pfecto venialis red  
debat. **Tredecima regula.** Multa ex genere  
mortalia sunt. quorum similia possunt effici bo  
na dum trahuntur extra racōnem suā. que ad  
modum dolē deliberate de bono alterius ē mō  
le delictum. **Si vero hoc fiat p̄ zelo iustici  
e boni communis cui cōtrarium est tale bonum  
iste dolor v̄tus erit.** Plerumq; etiā multa ex  
genere bō essent que ex aliq̄ circūstācia puerfa

hinc mala & speciem mortalem imitantia. **D**e  
cima quarta regula nichil est adeo consiliū in  
lege euangelica. quin in casu possit obligatori  
um esse & ita quilibet vtēs racōne tenetur secū  
dum preparacōnem aīni ad quodlibet cōsiliū  
vt pnta martirium vel dimissionem omnium  
suoꝝ et similia. si & ibi necessitas immine  
et hoc agendi obligat insuper quodlibet consi  
lium vt non contempnatur tamquam nō sit sa  
lubrior seruatio eius q̄ oppositi. **E**t tamen  
nullus ita consilijs seruandis astringitur. quin  
ab eo aut possit aut debeat ī casu eorum obser  
uacō verbalis quādoq; pretermitti. vt de non  
habendo duas tunicas. et de prebendo pallio tu  
nicam auferenti et similibus. **D**ecima quinta regula  
quia ars nō deliberat sicut ex v̄tute agit aliq̄s  
quādoq; quasi subito fit ex peruersa assuefacti  
one viciosus quasi repente precipiatur. **E**t i  
ta male habituatus ī vicijs vt ī iurando concu  
piscendo. odiendo in iudicando. & similibus. fere  
demeretur continue sicut virtuoso continuo m̄  
tes accrescit vt verum sit qui ī sordibus est sor  
descat adhuc & iuste iusticiā faciat ad huc. **D**e  
cima sexta regula est de permissiōibus pecca  
torum et relaxacōne penarum. videlicet q̄ pe  
ne sunt r̄strigēde sic q̄ absq; vtilitate reipub

lice vel eius cui infliguntur nec institui nec insti-  
tute exequi deberent. et peccant oppositum fa-  
cientes. vel eas cum instituerint non tollentes  
In omni autem republica tollerari possunt at-  
debent vicia q̄ absq; detiori periculo neq; corri-  
gi neq; extirpari valerent quādo autem illud  
est et qm̄ nō difficile est et sepe impossibile ge-  
neraliter diffinire. nisi p̄ vt circumstancijs p-  
ticularib; inspectis prelati superiores et sapi-  
entes determinabunt. Exemplum est de mere-  
tricijs vsuris et similib; q̄ qm̄q; p̄mittuntur  
et ita de concubinarijs p̄ loco et tempore stat;  
forte esse faciendum.

**C**apitulū xxvi. docet qm̄ aliq̄d sit peccm̄ i r̄gul  
Religiosor̄ et i alijs statutis hūais et qd̄ sit cōcept̄

**S**unt etiā alie r̄gule de q̄busdā peccis  
q̄ cōtingē possūt ēca varios act̄. viz  
de scandalo ignorantia et cōceptu. de  
q̄b; sit hec. Prima regula. Null̄  
agens bene fm̄ omnes circūstācias dici debet  
dare scandalū alteri q̄ntūcūq; scandalizeē a-  
lius. Scandalū enim est dictum vel factum mi-  
nus rectum prebens alteri casum ruine. nā in  
via omnino recta si quis occiderit non ex scan-  
dalo vie sed ex proprio defectu prouenit sol̄  
autem ille scandalizat actiue. **Q**ui aduertens

vel aduertere debens alios promouere esse ad  
peccandum ex modo suo agendi qui sibi non est  
in precepto. nichilominus ipse operari non de  
fistit. **S**euis in casibus hic exclusis. ubi ma  
litia propria est scandalum gratis acceptum. **U**  
bi preterea non est aduertentia nec esse debet  
de scandalo alterius et ubi quis ad illud opera  
dum teneretur. **D**icitur vero ille ex malicia  
peccare sua et scandalum accipere. non ex actu  
alterius qui informatus sufficienter de bonitate  
huiusmodi actus nichilominus in ruinam vult  
cadere ut si ex voto religionis emissio patentes per  
sufficientem de religionis perfectione informa  
tionem se scandalizari conquerantur. **S**canda  
lum est huiusmodi non phyllozum sed pharise  
orum. acceptum salicis et non datum. **U**nde qu  
libet ab omni actu cui non est constrictus alium  
de tenetur desistere quando timet vel timere debet  
secundum vehementem coniecturam scandalum  
phyllozum. quousque de isto conpescendo diligē  
tiam compleuerit nisi forte pro communi utili  
tate unctio spiritus sancti doceat illud tunc age  
dum. ut cristus fecit in publicatione veritatis  
sacramenti. **S**ecunda regula de ignorantia  
scilicet culpabilis. **I**gnorantia iuris diuini non  
cadit in facientem illud. quod in se est. quia scilicet

talem hominem de necessitate ab salutem que  
vires suos excedunt docere immediate parat  
est deus. Ita etiam ignorantia inuincibilis excu-  
sat in eis presertim que sunt facti non autem  
crassa vel supina que puenit ex negligencia scie-  
di et faciendi quod in se est. Dicitur autem in-  
uincibilis non quia vinci possit. a quo necesse  
fit ex ea tunc operari sed quia operans sufficienter  
secundum casus euentum diligenciam apposuit scie-  
di illud quod nescit de ignorantia vero iuris hu-  
mani sufficienter promulgati tenendum est quod  
non liberat subditos a pena in foro exteriori  
licet frequenter quo ad deum excuset a culpa  
quosdam ignorantes. Insuper sciendum quod  
damus opera rei illicitae ab se non spectant non ex-  
cusant per ignorantiam de peccato sequenti presertim que ad  
penas in foro exteriori de rigore soluendas sed apud  
deum non imputant ad nouum vel ad magis peccatum sic  
interfectio hominis per ebrium non videtur esse non habet cul-  
pam maiorem quam fuerit talis ebrietas. De ado-  
rante vero adoratione deo debita absolute ydo-  
lum vel dyabolum transfigurantem se in angelum lu-  
cis seu cristum dicendum quod talis a mortali crimine  
nequaquam excusat nec hec ignorantia inuincibilis  
locum habet sed probandi sunt spiritus si ex deo sunt  
Deus si sub conditione implicita vel expli-

ita hec adoratio fieret ubi probabilis coniec-  
tura de sic agendo contingeret quemadmodū  
hostiam nō consecratam immo lapidem hosti-  
e similem casus aliquis licite faceret adorare

**T**ercia regula est de contemptu hec videli-  
cet contempnens auctoritatem superioris non  
ex passione vel fragilitate vel ignorācia. s; ex  
contemptu qui est principalis causa aut finis  
transgressionis sue reus peccati mortalis exis-  
tit ut dum quis dicit superiori in eo q; superi-  
or ego in despectum vestri hoc agam quod in-  
hibetis alias non acturus. Pro cuius verbi  
intellectu notat Antis in summa q; cōtemptus  
tribus modis fieri potest. Uno modo est app-  
ciari rem minus iusto. Alio modo est rē neg-  
ligere. et de eo non curare ut cum peccans habet  
circumstācias retrahentes. sed eas non curat  
advertere. **C**laudit quocq; oculos quodāmo-  
do et vertit tergum ad eas. **T**ercio modo est i-  
rasci rei tamquam vili. et eam aspernari. pri-  
mum est malum. secundum est peius. tertium  
pessimū. **D**icamus igitur q; in oī peccato ecē-  
am veniali committitur cōtemptus dei. primo  
modo vere vel interpretatiue secundus contemp-  
tus interuenire potest tam in mortali q; in solo  
veniali. **T**ercius contemptus contra deum

precipientem et contra prelatu suu inq̄tu pla-  
tus est non videtur vnq̄ fieri cum deliberatioe  
oplexa absq; pccō mōzli et hoc vocat̄ p̄pe con-  
tēptus. Diligenter tamen aduertendum q̄ re-  
fert plurimū dicere aliquid fieri ex cōtēptu. et  
aliquid esse cum contemptu. sicut refert aliq̄d  
fieri ignoranter. et aliquid ex ignorantia  
Dicitur q̄ppe aliq̄d fieri ex cōtēptu qm̄ cōtēpt⁹  
ē p̄ncipal̄ cā tal̄ actionis. sic q̄ illo non existe-  
te non fieret actio. Ita q̄s operatur ex ignorā-  
cia quādo ista non existente nullo modo fieret  
id quod fit p̄uenit autem actus nōnūq̄ cū con-  
temptu vere vel interpretatiue non tamen ex  
tēptu q̄a cōtēptus nō ē in cā. sed vel infirmitas  
ā debilitas ā ignorācia ā affectio aliq̄ vicōsa et  
libidiosa dñat̄. sicut pccāt aliq̄s qm̄ ignorāt i-  
ta tñ q̄ nō mī⁹ oparet̄ qd̄ opat̄. si illd̄ agnos-  
cēt. iō palā ē ignorātia tūc nō ē cāz agētē s̄ ē  
cūstātē. Ex hīs oīb; p̄z qd̄ nō videt̄ r̄gula ge-  
neāl̄ posse suū de d̄stictioē it̄ mōzle p̄s hoc q̄  
ē cē p̄ nō ē ex cōtēptu qm̄ si capiat̄ cōtēpt⁹ p̄  
mo mō nō ē necē oēz actū fecm̄ ex cōtēptu esse  
mortalem. • Dum scilicet deus aut prelatus  
appreciatur minus iusto solum venialiter  
et ex contemptu tali mentitur aliquis aut  
ociose locatur aut lente resistit primis motib;

**S**imiliter ex h<sup>o</sup> contemptu pot<sup>est</sup> euenire q<sup>uod</sup> uis non ita leuiter nec frequenter sed actus si prouenit deliberate ex deliberatione completa ex tercio contemptu semper est mortalis. **H**oc enim fit quando peccans attendit ad precipientem et ad preceptum eius licitum siue sit deus a prelatus et propter vilipensionem a aspernationem precipientis sui q<sup>ui</sup> precepti assurgit effrenate ad talem actum faciendum vel obmittendum. alioquin non facturus vel non obmissurus hoc proprie est agere ex contemptu tanq<sup>uam</sup> si dicat aliquis ego in despectum vestri. et quia sic precipitis. agam oppositum. non tamen omne peccatum mortale. tali restitur circumstantia

Ggidius vero quod li. vi. q. xxi. ubi querit.

**A**n religiosus frangens silentium cum agat contra constituciones peccat mortaliter distinguitur. **E**x contemptu peccat quis dupliciter. **P**rimo si hoc ipso. q<sup>uia</sup> hoc religioso precipi potest ipse uult contrarium facere ubi maxime appar<sup>et</sup> contemptus. sicut diceretur aliquis in contemptum et despectum facere contra aliquem quando uideretur facere ea que sibi sunt contraria. **S**ecundo dicitur facere in contemptum religionis q<sup>uoniam</sup> non t<sup>er</sup> se ad finem religionis et religionem non reuertit nisi q<sup>uoniam</sup> tantum tamen. vel propter aliam causam. cuius ratio.

nichil curat obseruare de statutis religionis si-  
cut dicimus qd aliquis cognoscens uxorem su-  
am peccat mortaliter. si cognoscat eam non qd  
uxor est sed quia femina. Ille autem cognoscat  
uxorem suam ut uxor est. quando nullo modo alij  
se uellet coniungere. Ille autem ut feminam qd  
coniungit se ei non habens differentiam cui se  
coniungat. an uxori. an alteri. Sic et multi in  
religione uiuunt. quia non possunt. uel qd uerba  
dantur aliter uiuere et si possent sine uerba  
a. libenter colla ab onere religionis excluderet  
tales ut plurimum. manente tali uoluntate tunc  
rentiam ad religionem non habent. Unde tales  
pauaricantur religionis statuta ex contemptu. qd  
religionem contempnentes nichil curant de re-  
ligione obseruare nisi. quatenus possent in reli-  
gione tollerari. Si ergo sic frangitur silenci-  
um. qd frangens in nullo frenum religionis habens  
libenter in alijs contraheret. sicut coniugatus in  
nullo frenum coniugij habens libenter alijs con-  
iugijs commisceretur. potest esse peccatum mortale. Sed  
si quis ex societate per alium in religionis contemptu fra-  
gat silentium uel sit pauaricator eorum qd in se non  
sunt mala. sed sunt in religione uetata solum propter obliga-  
tionem ad penam. non ad culpam non dicimus qd  
mortaliter peccet hec Egidius. Satis recordare

videtur. **C**ancellarius ubi supra ubi sic dicit. Si religiosus contempserit regulam suam et sui superioris auctoritatem etiam in hijs que appellamus monitiones seu monitoria et pro quibus sola disciplina ordinis statuta aut superioris est arbitrio derelicta ille peccat graviter. quia et mortuum contempnit et remedium ait bernhardus in de pre. dicens. Itaque si passim et absque preterito qualislibet ignorantie vel fragilitatis vel impossibile vel sed sola libidine transgrediendi que monita sunt religionis effrenus est ad omnia. velut unus ex secularibus. palam est quod contempnit presertim si super hijs ipse addiderit pertinaciam que excusat disciplinam. sic accipiendum est illud beati bernhardi et aliorum communiter dicentium talia esse criminalia si contempnantur vel si fiant ex contemptu. Caret autem hoc contemptu qui ex fragilitate humana vel quadam levi curialitate fragunt silentium. aut alia agunt opposita hijs que monita sunt. vel secundum bernhardum. factiva precipue quae parati sunt ad disciplinam ordinis. At si dum illa iuste requiruntur ab eis conformiter ad regularem institutionem et consuetudinem bonam in talibus observatam.

**C**apitulum xxvij docet quando preceptum divi

num sit obligatus ad mortale peccatum et quomodo et quomodo latum sit medium virtutis secundum virtutem epiphany

**A**d maiorem autem declarationem quam sit preceptum ad mortalem obligationem et quomodo solum ad venialia per finalis conclusio est huius tractatus. notandum est secundum predictum. Etiam quod quia si mandatum est latum nimis secundum psalmum. Ideo in preceptis quibus libet attenditur quadriplex latitudo. videlicet magna parva minima. magna inquam et parva secundum quas mortaliter et venialiter peccare possumus. minima vero ubi aliquid est consilium solum. sed minima ubi iam est consuata iusticia quomodo solum habet in precepta de qua agitur dicitur quod preceptum de dilectione debet ex toto corde solum in precepta perfectionis et proprie adimplet magis igitur latitudo est infra quam consistit iusticia qualem a nobis requirit deus super peccata iurandi odium suum cum reatu mortis eterne. Extra hanc latitudinem non stat ratio quomodo quomodo transit et egreditur agendo vel obmittendo ipse in tortuositate peccati mortali sepe elabitur. Hec latitudo magis est medium virtutis qualem posuit aristoteles. et est visibile tempore signum ad sagittam. Confortetur ad hoc loquitur. Oratio est motus in rebus sit contra deum, hinc. quomodo ultra citra; neque consistit eternum. alia latitudo strictior et parva est infra eorum limites consistit iusticia seu ratio qualem a nobis requirit deus mediate vel immediate si voluerit vitare non tamen odium suum cum reatu pene eterne secundum legem.

sed etiam offensam eius quamlibet. aut non re-  
tardari. a vita eterna. aut corporaliter non pu-  
niri. **E**xorbitatio ab hac latitudine constituit  
aliquando tantummodo peccatum veniale. dum  
videlicet deuiatio non est tanta quod exeat primam lati-  
tudinem. nec ita parua quod maneat infra secundam.  
**C**ertum enim est quod in pueris et infirmis et  
alijs non habentibus plenitudinem usus rationis  
sepe venialia sunt. que apud viros grandiores  
merito criminali dicuntur. sicut etiam quedam  
ex genere mortalia sunt venialia in alijs homi-  
nibus ex defectu plene deliberationis et consen-  
sus. ut sunt cogitationes illecebre non moro-  
se. **E**xemplum de latitudine prefata duplici  
preceptis. Sit enim illud preceptum honora-  
re deum et parentes. **P**otest aliquis non honora-  
re parentes multipliciter. **U**no modo quia pro  
tempore et loco quibus honorandi sunt ipse dum  
cogitat de eis spernit eos consensu pleno et de-  
liberato. aut scienter cum deliberatione perfecta  
ista tunc obmittit. que ad honorem debitum pro-  
tinent erit enim hec latitudo precepti sic expli-  
cabilis. **H**onora deum et parentes loco et tempo-  
re quibus cogitabis de eis sic quod consensu perfec-  
to et deliberato eos nec malignanter in hono-  
res nec honore suo voluntarie scienter atque no-

tabilitate p̄uilegiū. **Q**uis q̄s exierit hoc mediū v̄  
tutis eam q; latitudinē ille p̄f̄cō tenebitur re?  
deuicōnis tortuose et criminalis. **A**t v̄ro qui  
a cōtingit aliter ihonorare deū ⁊ parentes. **E**  
rit rursus alia latitudo p̄cepti sūpta p̄ epykey  
am ex alijs circumstācijs potest itaq; inhono  
racō talis contingere. que non erit notabil̄ ma  
licie in genere suo vt leuis gestus aut risus at  
verbum aliquod min⁹ sobriū ī presencia sac  
torum deī aut parentum suorum eciam cum de  
liberacōne. et dum actual̄ ad ista habetur consi  
deracō. potest nichilominus talis inhonoratio  
reperi ī q̄ licet ex se sit notabilis. caret tñ con  
sensu pleno moroso et deliberato ob etatem in  
firmi tatem ignorantiam surrepcionem non fa  
cientes primam inhonoratiōem. **D**um tamē  
absq; scandalo fiat aliorum. quis audeat culpe  
mortalis arguere. **S**ecundam similiter nullus  
opinor mortalem accusabit. **I**ta in omni fere  
precepto reperire est. **E**x hinc eciam elicitur e  
uidens necessitas v̄tutis illius quam **A**ristote  
les epykeyam appellat. **C**uius est conside  
rare nedum preceptum de se sed circumstanci  
as omnes particulariter ipsum vestiētes. **D**e  
quo dictum est capitulo xix. supra. **E**x hīs  
sequenter habent̄ moī concordandi rigorem

iusiicie atq; seueritatem discipline cum leuitate misericordie et fauorabilis indulgentie. ymmo necesse est vt in omni actu nostro vt alterutrum contemus deo iudicium et misericordiam. **A**lioquin iusticia in iniquitatem et seueritas in credulitatem conuertetur quemadmodum si quis puulum filium suum dampnae vellet ad carcerem quia puerili ira motus matrem percussit. **I**ta de ebrio fatuo aut inaduertente quis non cognoscat hanc penam esse in iustissimam quam in alium grandeuum sobrium et deliberatum liceret inferre. quare concludit qd preceptum si sub primo latitudine explicata cogitatur aliter obligat quam sub secunda. **P**rima latitudo proprie vocatur preceptum. **S**ecunda vero mandatum statutum ordinatio vel magis apte vocatur monitio quod sonat vt ratio sit puigil vt nec venialibus deturpetur. **S**i etiam patet qd est quedam lex inter preceptum et concilium que lex plus ligat quam consilium. et minus qd preceptum tanquam si diceremus in omni policia illam legem duntaxat esse preceptum cuius transgressio secundum omnes circumstantias pelsata extremo mortis supplicio plectenda censetur. **N**li vero legi monitionis nomen appropriate dicitur cuius transgressio circumstantiis omnibus pōde

tatis veniam habet at temporalē solam puni-  
tionem demeretur.

**Capitulum xxviii. filē docet de votis iuramen-  
tis et preceptis cōmunibz.**

**E**quitur ex prehabitis hec i. regula  
generales sicut in preceptis. ita i vo-  
tis saltē cōmūibz et i iuramētis ac  
inobediā duplex illa latitudo p̄dca  
intelligēda est. Sic q̄ nō oīs voti oīs ā iurā-  
ti vel alia trāsgressio est peccm mortale. Iuramē-  
ta enī et vota talia ita nūq̄ p̄feruntur absolute  
quin interpretacōnes. condicōes. glōs ā civiles  
intelligēcias suscipiāt vt sapiēs epikes iudica-  
bit hoc enim iam supra p̄batum est. c. xix. ad  
idē sūt iura plura. Ad idē ē rō ex sac̄ scriptura  
sūpta. **Cū** enim finis oīs legis sit caritas s̄m  
ap̄. i. thi. i. **Cū** preterea religioēs et auctozita-  
tes p̄latorū date sint ad edificacōez corpis xpi  
misticū. non ad subuersionem et illaqueacionē  
fidelū se qz eis submittenciū. q̄s audez dicere  
aut cogitare q̄ sancti viri sancto spū pleni su-  
pra iūgum cristi suauē et facilitatem legis sue  
adocere voluerint on̄ grāde tot et taliū ostitū-  
tōnum sub obligacione. pari ad precepta pure  
dīna hoc est s̄b reatu pena dāpnacōnis eterne.  
dēim est autem in votis cōibus notanter. quia

secus est de particularibus votis quia vota in a  
munitatibus interpretanda sunt magis ad intē  
tionem communem que illic habetur aut habe  
ri debet q̄ ab particularem intencōnem vouētis  
• Vouens autem particulariter in re ppria  
sicut est actor iuramenti. ita est suus interpre  
tator ex intencōne pp̄a. q̄nvis intencō si sit pa  
lam erronea aut stulta peccet certe nec ad vo  
ta ligat implecōnem ymmo q̄ superiori aucto  
ritati semper reseruetur habet vsus vniuersal  
ecclesie. **S**ecunda regula generalis. sicut nō  
omnis profitens euangelicam regulā vel legē  
et ad obseruacōnem sui se obligans quod fit in  
baptismo peccat mortaliter in omni trāsgres  
sione cuiuscumq; i eadem ege contenti. sic nec  
omnis profitens alicuius religionis regulā vt  
iuratus statuta alicuius communitatis peccat  
mortaliter in omni transgressione cuiuscumq;  
contenti in regula vel statutis. **H**acō est qui  
a sicut in veteri lege. sic et in noua sunt multe  
traditōnes que quādoq; precepta. quādoq; mā  
data. quādoq; iustificacōnes. quādoq; leges di  
uine nominantur. **Q**uarum tamen aliquę  
sunt precepta stricto nomine. **A**lie monicio  
nes ymmo alie consilia solam. et alie iusticie a  
summata. eodem modo est in regulis q̄ statutis

religionum. Est igitur tertia regula solatori  
a hec. q̄ institucōnes humane non dñt tales ī  
terpretacōnes aspernari. q̄les iuramenta et vo  
ta sc̄dū corde doctorū sententiā recipiūt etiā  
dū p̄ferūtur absolute. Alioquin enim in laq̄u  
et magnū salutis dispendiū verterentur. Sed  
argueres sic. Omnis violans iuramentum at  
votum peccat mortaliter. quia piurium ē mortu  
ferum. s̄ ioh̄s vel mōchus iurat omnia seruare.  
q̄ sūt ī regula nō enim fecit exceptōnem. ergo  
in oī trāsgressione huiusmōi voti et iuram̄ti et  
obediencie peccat mortaliter. Respondetur cō  
cedēdo maiorem. s̄ negādo minorem viz q̄ iuram̄  
tū et votū cadat isto modo super omnia q̄ ī regu  
la continentur. Sed quereres super que cadūt  
et sup̄ q̄ non. Accipe de hoc regulam generalē  
hanc q̄ super sola precepta p̄e dicta. hoc est  
sc̄dū primā latitudinē considerata cadit hoc  
mō votū et iuram̄tū p̄tētas regulam. et q̄d q̄d  
regule verba sonant tū int̄ptacō tal̄ hñda ē tū  
per rectā racōnem. tū per superioris discretio  
nem tū deniq; per legem que maior est. legē ī  
q̄ sinā et legē caritatis. Sed bicēs mlti simpli  
ces ymmo et hñti fortassis putāt se vuisse ē  
iurasse regulam a statuta seruare et oīa que il  
lic scripta sunt sine omni cōdicōe at̄ exceptioē

Respondetur si humiles sunt sicut esse debent  
non ita adherent sensui suo quin ita explicitè  
vel implicitè actu vel habitu parati sint stare in  
talibus ad interpretacionem et iudicium prudenti-  
orum. Ita dicimus de omnibus statutis colle-  
giorum vniuersitatum et capitulorum cum dicitur  
alicui. Tu iuras seruare inuiolabiliter  
omnia statuta iura priuilegia libertates consue-  
tudines laudabiles nec ipsis quomodolibet con-  
traire clam vel occulte directe vel indirecte et  
obedies tali vel tali superiori tuo in omnibus lic-  
tis et honestis. De hinc particularia leguntur  
talia iuramenta interpretanda sunt civiliter  
aut in illis modo supradicto statuenda est lati-  
tudo magna seu interpretacio epykeye. Est  
autem interpretacio hec vel similis quod iurans ser-  
uabit ea sicut a legislatoribus ordinata sunt ad-  
ordinari debuerunt utpote precepta precepta  
ut precepta monitiones concilia sicut concilia  
quod insuper obediat in omnibus licitis et honestis  
superiori suo Verbi gratia sit ille rector obe-  
diat inquam in eis que ad officium rectoris spectant  
et que pro utilitate manifesta policie cui pre-  
est sibi precepit secundum institutiones et con-  
suetudines laudabiles eiusdem policie Et nisi  
si valeat legitima excusacione vel exceptioe

setueri ut quia plus alijs gratis oneratur et ut  
qua ab alijs vrgentioribus impeditur quod si non pos-  
sit ita iurans docere sufficienter de impedime-  
to legitimo ille quidem punietur per rectorem civilem  
pro inobediencia. ceterum deus qui cor intuetur e-  
undem liberabit. Et sic de regulis generalibus pecca-  
torum per consciencie directorio dixisse sufficiat  
nam de specialibus videantur summe doctorum et contrac-  
tus modernorum specialia tamen peccata in multis cog-  
noscere possunt si regule prefate vniuersales ut  
ostenduntur casibus particularibus. Et de hoc  
vide tractatum quem colligi de leprosa anime

**C**apitulum xxxix. docet quomodo in opinionibus de fide  
doctoribus contraria tenentibus scrupulosus tute-  
se habere valeat

**D**enuntiatio nunc queritur. Ut doctoribus in  
materia fidei contrarietibus quos possit  
sequi unam opinionem sine periculo peccati  
mortalis. sic multi dicunt in causa filii de mo-  
libus. Respondetur quod beatus Augustinus libro ii. de predesti-  
nacione sanctorum dicit. Intra in quantum et in quibus rebus errat et quod facile se-  
quatur corrigat vel quanta preiudicia suum defendere con-  
ferunt errorem id multiplici distinctio est in hijs videndum est et  
liberibus. Una de materia circa quam doctores varian-  
t in opinionibus. Alia de ipsorum doctorum aduocacionibus.  
Tercia de ipsorum auditoribus. Quarta de modo

adherendi opinionibus ipsius alit suorum aucto-  
ribus **Q**uinta de efficacia motuorum in auc-  
toritate doctorum ratione et argumentis **Q**uo  
ad primum notandum quod materie circa quas  
variantur doctorum opiniones vel pertinent  
ad fidem vel bonos mores aut non sed pertinet  
seu sunt circa materia facultatum arcium puta grammatica  
philosophie medici metaphisice **S**i primo  
modo adhuc distinguendum est quia ea que ad  
fidem pertinent aut expresse et manifeste ha-  
bentur in sacra scriptura vel ex auctoritate ec-  
clesie manifeste fidelibus tamquam credenda sunt  
expofita **A**ut sunt talia quorum nec testimo-  
nium manifestum sacre scripture habetur nec ex-  
pressa ecclesie vniuersalis doctrina de eis aliquando  
explicite docet quod quod includantur in eis quorum  
explicite fides necessaria est vniuersis fidelibus  
**S**i de primis fiat sermo adhuc est disting-  
uendum vt ponit sanctus thomas quod de veritate videli-  
cet quod ad fidem aliquid pertinet dupliciter v-  
no modo directe et principaliter sicut sunt credi-  
bilia in articulo fidei explicata secundo modo  
directe et secundarie sicut sunt ea que in diuina  
scriptura sunt reuelata sicut quod Abraham ha-  
buit duos filios **S**ecunda principalis dein-  
de distinctio est habenda doctorum circa quos respicitur

cienda est qualitas et quantitas discreta scz qli-  
tas inq̄ vtpote qui p vna parte sūt opiniois  
an sint lris famosi in facultate sua expti et mo-  
rū honestate ac conscā graues. ne sibi q̄rat a  
liquis ad sui appetitus siue erroris coloracis  
nem prurientes auribz. De q̄bz pphetavit secū-  
do thi. iij. ap. Erit q̄dē tempus tū sanam doc-  
trinam non sustinebūt sed secūdu sua desideri-  
a coaceruabunt sibi magistros prurientes au-  
ribz glo. qui ea doceāt que volūt tales enim q̄-  
rere non est veritatis sinceritatem s̄ desiderare  
mentis cecitatem et p̄am affectionem. q̄ob̄re  
videndi sunt doctores h̄j potius q̄ sanctorum  
doctrinis patrū inheēt. Ampli. fm illud ecc.  
vij De despicias narracōnem presbiterorū  
id est doctrinam sapientum doctorum. et in pro-  
uerbijs eorum conuersare id est secundum eorū  
doctrinam viue. Ab ip̄is enim discēs sapienti-  
am scilicet de diuinis cuius modi sunt credibi-  
lia et doctrinam itellect⁹ viz de moribz q̄bz o-  
pera vestienda sunt. Videnda insuper est doc-  
torum q̄ntitas discreta. q̄ valet sint doctores  
p opione vna et q̄ p alia q̄a pbabile est ma-  
gis veritatē cōtinere dc̄m ml̄toꝝ cet̄is paribz  
q̄ dc̄m vnus vel paucorū. Ideo ecc̄ vi dicitur.  
In ml̄titudine p̄sbitorū prudēciū sta. q̄ sapiē

illozum ex corde coniungete. Tercia distinc-  
tio est attendenda ex parte auditorum. huc o-  
piniones psequēcium quia quidem sūt simpli-  
ces qui non obligantur scire multa explicitē  
que tenentur alij quidem scire. quibus ex officio  
vel aliunde incumbit racōnis vomere terrā scā-  
dere sacre scripture. quatenus. inde simplices  
pasci possit. Juxta illud Job. 3. boues arabūt  
et azine pascebantur. iuxta illos. Unde etiam q̄  
busdam magis incumbit studio intendere et ex-  
amen doctrine variarum opinionum audiē. q̄  
incumbit alijs qui non ita dono maioris indus-  
trie et illuminacōnis intelligence vel alcōris  
gradus dignitate ī dei ecclesia sunt sublimati.  
Quarta distinctio est capiēda circa modū  
adherendi opinionibus quia aliquis adheret v-  
ni aut pertinaciter aut nō. sed animo parat⁹  
est corrigi veritate sibi ostensa. De pertina-  
citer inherente dicit Augustinus et ponitur  
xxiij. q. 3. Qui in ecclesia cristi morbidum  
aliquid prauum q; sapiūt. si correcti et sanū  
rectum q; aliquid sapiant. resistunt contūma-  
ciē sua q; pestifeā et mortifeā de gta emēdaē no-  
lūt sed defensare perhistūt heretici sūt. De nō  
pertinaciter adherētibus dicit idem et ponitur  
ibidē ī capi. dixit ap⁹. Qui sentēciā suā q̄uis

falsam et p̄sam nulla p̄iaci animositate defē  
dunt presertim qm̄ non audacia sue presūpcio  
nis peperūt • sed a seductis in errorem lapsis  
parētibz acceperūt q̄rūt capta sollicitudine ve  
ritatē corrigi parati cū neminē inuenirent ne  
quaq̄ sunt inter hereticos cōputandi. **Quinta**  
**distinctio est accipienda ex pte racōnū ⁊ moti**  
**uozū diuersarum opimionū.** sunt enim a q̄bus  
dam q̄bz hoc cōpetit examinande rationes ⁊  
v̄tus est argumentorum pensanda quia in re  
bz dubijs non de facili est prestandus assens⁹  
quinymmo vt d̄ **beatus Aug⁹. 3. de doct. cristi**  
**ana.** **Consulere debet quis regulam fidei q̄ de**  
**scripturarū plamozibz locis et ecclesie auctorī**  
**tate p̄cepit. Ideo Job xxxi.** **Causam q̄ nescie**  
**bam diligentissime inuestigabam.** scriptura ī  
super dicit. **Qui cito credit leuis ē corde ⁊ p̄**  
**xxiij.** **Innocens glo. stultus credit omni verbo**  
**Beat⁹ q̄; Ambrosius li. de paradiso dicit. nēq̄**  
**debet se alteri facile credere nisi an⁹ v̄tatē pro**  
**bauerit.** • **Hjs premissis distinctionibz ad**  
**questum respondetur per quinq; conclusiones**  
• **Prima in primis materijs ad fidem et bo**  
**nos mores non pertinentibus.** sed ad facultates  
artium vel naturalium potest quis sequi absq;  
q; periculo peccati q̄ntum est ex parte obiecti

seu materie opinionem vnus reiecta opinioe  
alterius patet quia nullum sequitur periculū  
ibi cum nec ad fidem nec ad mores pertineāt  
sed quorum habitus vel carencias solum pecca  
tores aut boni a deo iudicamur **Dicitur autē**  
notanter quantum est ex parte materie opio  
num quia quantum est ex parte intenciois q̄s  
ibi peccare posset vel ex inordinacione affect⁹  
vt si ex inuidia odio amore precio vel ex inordi  
nata voluntate potius sequeretur vnā opinio  
nem quam aliam. **Secunda conclusio.** Circa  
ea que sunt ad fidem pertinencia primo modo  
nullus racōnis capax excusatur a labe peccati  
inherendo aliam opinionem potius errori cōtra  
ea videlicet que directe et principaliter ad fi  
dem pertinent p̄pter opinionem contrariā cu  
ius cumq; magistri quia tenetur ad credendū  
explicite quilibet fidelis talia. **Cū ap⁹ dicat**  
**heb. xi. sine fide impossibile est placere deo. A**  
**lias vt. s. tho. dicit quodlib. 3.** Ignorācia ex  
cusasset eos qui secuti sunt errores Arrii nel  
torij et similibus. **Nullus enim potest ab er**  
**roris vicio excusari qui assentit opinioni ali**  
**cuius magistri vt ibi concludēdo dicit sanct⁹**  
**tho. contra manifestum scripture testimonium**  
**sue eciam contra id quod publice tenet f. ec**

eclesie auctoritatem ubi enim dicitur illud propheta  
ti verbum euangelij. **S**i cecus cecum ducatum pres-  
tat. ambo in foueam cadunt. **T**ercia conclusio  
**Q**uis potest opinari contrarium eorum quod pertinet  
ad fidem indirecte et secundarie absque pericu-  
lo peccati licet expresse contrarium habeatur  
in textu veteris et noui testam. sicut quod deus non fuerit fi-  
lius ysai. et filia. pro quia talia non tenentur quilibet  
explicite credere sed solum implicite vel in preparati-  
one animi. in quantum paratus est et esse deus quilibet  
credere quod in divina scriptura continetur sed  
tunc solum homo tenetur huiusmodi explicite cre-  
dere quando ei hoc ostenderit in doctrina fidei contineri et  
iterum quod non constat nec ieremias quod sciens obligatur  
potest aliquis sine pertinacia tamen contrariam opi-  
nionem tenere. **Q**uarta conclusio aliquis potest  
absque periculo peccati tenere opinionem alicuius magistri e-  
ciam contrariam veritati fidei in hijs quod ad fidem pertinet  
secundo modo principali distinctionis scilicet quorum ve-  
ritas nec scriptura testimonio nec ecclesie vniuer-  
salis determinatione habetur expressa. **D**um tamen  
facta determinatione absque presumptionis cuius-  
cuiusque timore illicito intellectum suum humiliter  
determinationi vniuersalis ecclesie. patet qui-  
a nullus peccat. illo tempore non credendo id quod  
non tenetur credere pro isto tempore. sed que expresse

non continentur in sacra scriptura nec per eccle-  
siam sunt determinata nec sunt alicui reuela-  
ta neque rationi evidenti ostensa pertinere debe-  
re ad fidei veritatem nullus tenetur credere expli-  
cite cum fides sit ex auditu ad ro. iij. Unde et  
sanctus tho. xpiij. q. ij. ar. vi. dicit quod si simpli-  
ces in hijs que ad fidei subtilitatem pertinent  
non inveniuntur pertinaciter inherere si in ta-  
libus ex simplicitate deficiant non eis imputat.  
Circum maiores vero varie opinantes quos in-  
terdum discipuli in varias opiniones partiti se-  
quuntur. Dicit ibidem unum notabile verbum.  
Cum inquit maiores non habeant fidem nisi  
simpliciter in fide maiorum quatinus maiores  
adherent doctrine diuine secundum illud apost.  
i. co. iij. imitatores mei estote sicut et ego cris-  
ti cum humana cognitio non sit regula fidei sed  
veritas diuina a qua si aliqui maiorum deficiant  
non preiudicat fidei simplicium qui eos rectam  
fidem habere credunt nisi pertinaciter eorum er-  
roribus in particulari adherent contra vniuer-  
salis ecclesie fidem que non potest deficere. di-  
cente domino luc. xxiij. Ego pro te rogavi pe-  
tre ut non deficiat fides tua. Hac ratione mul-  
ti tenentes plura erronea ea rationum multitu-  
dine defendentes quia tamen ecclesie vniuer-

salis de terminacioni colla anime submiserunt et  
nichil contra fide explicita ptiacit acceptauerunt  
ideo heretici non fuerunt ut babas Jochi et ml  
ti alij. Quinta conclusio sequitur ex premissis q  
stat aliquem circa ea q sunt fidei errare et tamen  
non peccare sicut iam ut prestesum est sup h. p.  
ca. v. Capitulum 30. docet quod tam in fide quam in mo  
ribus diuersis diuersa sententibus scrupulosus  
tute ambulare possit. et in sententia breuissime  
explicatur quis error exisset et quis non.

**Q**uarto quia supponitur in qstione pce  
dētis capituli. q de ad hēdo vni o  
pinioni vbi doctores contrariantur  
i moralibus sit sicut de credibilibus. **Il**  
q q sup sit expeditū satis ca. xi. istius partis  
tamē pnotatis distinctiōibus pcedētis capit  
tuli ad huc p laiori declinacōne. **Ro** tandū q  
cū pccm sit exorbitatio a lege diuina siue hūa  
na a diuina deriuata beato abroho dicēte. **Pe**  
catū est puaricatio legis diuine. et iobediencia  
celestimm mādatorum et fm Augustinū. **Est**  
dictum factum vel cōcipitum contra legem dei.  
**I**demco necessaria est hic distinctio pāiformis  
ei q sup assignata fuit ptiacitum ad fidem viz de  
ptinētibus ad legē di **Q**m aliq sē expsse i lege  
di cōta vt de nō occidēdo de nō furādo et filia

que sunt omnibus communia. Alia autem ad  
legem dei possunt pertinere sicut conclusioes  
elicibiles ex contentis expresse in lege dei non  
tamen expresse seu clare legis aut scripturę tes-  
timonio aut vniuersalis ecclesie vulgata det-  
minacione patent ad legem dei pertinere sicut  
sunt multa super quibus varie adhuc inter doc-  
tores currunt opiniones. sicut est materia de  
pluralitate beneficiorum et materia contractuum  
multorum. His presupppositis est. **Prima**  
**conclusio.** Nullus rationis compos absque dei  
offensa potest agere contra expresse in lege dei  
posita quatumcumque currat. super his opinio  
aduersarij patet quia maledicti qui declinat a  
mandatis tuis psal. Et ex diffinicionibus pecca-  
ti. Unde sanctus tho. quodlibet. xi. sic dicit. fa-  
ciens aliquid contra opiniones magistrorum  
si facit contra opinionem veram cum tunc faci-  
at contra legem dei non excusatur a peccato  
quod non faciat contra conscientiam. sic enim  
contra legem dei facit hec ille. **Quod intelli-**  
**gendum est** cum materia circa quam varietas  
magistrorum est pertineat ad ea que sunt lege  
diuina expressa quorum quodlibet sicut et diui-  
nam legem necessariam ad salutem tenet scilicet  
quilibet arbitrii vsum habens nec aliquis hō

ex horū ignorācia excusacōnem peccā habere po-  
test cum sit ignorancia iuris. **S**ecūda conclusi-  
o potest quis absq; offensa dei sine peccato fa-  
cere contra eā q̄ sunt legis diuine secundo mo-  
do dicto. quia sic non omnis obligantur scire  
omnia que sunt fidei explicitē. **S**icut enim su-  
pra dictum est non est eadem ratio de omnib;  
que ad fidem pertinent. q̄dā enim sūt nocioza  
alijs ad hoc q̄ homines dirigantur ī finem su-  
pernatuālē. **Q**uedā etiam alijs sūt obscurioza  
ita inter operabilia siue ad mores pertinencia ē.  
distinctio non enim omniū ē oīa scire q̄ sūt pec-  
cata mortalia et peccatorū spēs et h̄mo ī. q̄dā  
eciā alijs sunt plamioza. alijs etiam ad sciēdū  
accōmoda magis q; disponencia ad opōez mo-  
rū et directionē operū in finem suprādēm. **V**n-  
de the. i. iij. d. xxiiij. dicit. **S**acerdotib; etiam  
curatis d; eē scīa nō q̄dē vt oēs difficiles q̄sti-  
ones legis sciant. quia in h̄is d; esse ad supe-  
riores recursus. s; sciant illa q̄ popul; d; crede-  
re et obseruare de lege. **S**ed ad superiores sa-  
c̄dotes sc; ep̄s pt; vt eciā ea q̄ difficultatem  
in lege facē possunt. sciant et tanto magis q̄to  
in maiori gradu collocantur. **P**reterea tam-  
p̄ma conclusio q̄ secūda expresse pbantur auc-  
tōitate leōis p̄pe de. pe. d. iij. dicitis sic q̄dā sūt

que nulla possunt ratione conuelli ita multa sunt  
que aut pro necessitate temporum aut pro con-  
sideratione etatum oportet temperari. illa sem-  
per conditione seruata. ut in hijs que vlt dubia  
fuerint aut obscura illud nouerimus sequendum  
quod nec preceptis euangelicis contrarium nec  
decretis sanctorum patrum inueniatur aduer-  
sum glo. super. Nulla possunt ratione conuelli  
dicit ut precepta decalogi et forma baptismi  
et forma conficiendi corpus christi. Ex quibus  
omnibus patet quod argumentum ad probandum  
conclusionem secundam potest formari et ordi-  
nari sicut formatum fuit argumentum probans  
quartam conclusionem precedentis capituli.  
Est tamen sciendum quod ut prefata huius ca-  
pituli secunda conclusio vniuersaliter sit vera  
presuppositis supra in precedenti ca. distinctio-  
nibus notatis duo requiruntur. Primum est  
quod absque dubitatione probabili aut notabili de-  
contrario quis adhereat prefate opinioni ne  
discrimini se exponat. De quo late dictum est su-  
pra ca. p. v. c. v. xliij. et ca. xi. Secundum  
quod requiritur est ut adhereat prefate opini-  
oni sine conscientia de opposito ut late etiam  
tractatum est in secunda parte huius tractatus.  
